



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 51. Baji Tractatus de virtutibus impiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI. A.C. 1565. ribus partibus, ejusque voluntas omnium suorum membrorum usum dirigeret, istorumque nullum resisteret.  
**cap. 4. & 5.** Hic status juxta Bajum non erat gratia respectu naturæ innocentis hominis, cum hæc in sua creatione non potuerit esse nuda prærogativis istis, quibus erat provisa; fuit enim hæc naturalis illius conditio: porro luculenta hujus veritatis argumenta, si Bajo fides esset adhibenda, sunt pœnæ, quæ primo homini infligebantur: postea Bajus inventus in Philosophos, qui diversæ erant opinionis: juxta ipsius autem opinionem nunc justitia, quando homini conceditur, est supernaturalis, quia ei non debetur post peccatum, gratisque eam Deus tribuit juxta sua prudentiæ, ac providentiæ consilia, quæ semper admiranda sunt.

**cap. 10.**

### §. LI.

#### *Baji tractatus de virtutibus impiorum.*

**A**ltera hujus libri pars quoad genuinam considerationem est secundus tractatus, in quo Bajus examinat quæstionem de virtutibus infidelium, aut impiorum, seu illorum, qui fidem non habent, vel juxta fidem non vivunt. Ibidem docet, quod actiones, quæ sunt bonæ ex seipsis, ac morales, seu probi homi-

**cap. 3. 4.**

hominis virtutes vocantur, in proprio Sæcul. XVI.  
fensu hoc nomen non promereantur in A.C. 1565.

cap. 4. 4.

illis, in quibus aut fides deest, aut fi-  
des per charitatem viva non existit, eo-  
quod aliqui pro suo fine nonnisi volup-  
tatem, alii vero honores, aut dvitias,  
vel semetipsos habeant, unde fit, ut  
eorum actiones non referantur ad Deum,  
nec tendant ad illum tanquam finem,  
& quidem finem unicum. His addit  
Bajus: hæ actiones potius sunt vitia,  
quæ virtutes imitantur, nec sanctus  
Augustinus ideo tantum, quia non me-  
rentur æternam salutem, illas esse ve-  
ras virtutes negavit, sed hoc negandi  
etiam ratio erat, eoquod sint vera vitia,  
ac homo unacum hisce virtutibus dam-  
netur, cum eadem ipsummet ad damna-  
tionem pertrahant. Hanc quæstionem  
Bajus adeo non ad inutiles quæstiones,  
quæ saepe in scholis agitari solent, re-  
jicit, ut etiam eam penitus inspici, plu-  
rimum Religionis interesse contendat:  
insuper statuit exacte dignoscendum esse,  
quænam sit natura harum virtutum,  
ac vitiis, quæ nonnisi damnanda sunt,  
virtutis nomen, quod laudis titulus est,  
attribuendum non esse ait, simulque obser-  
vandum putat, quod virtutes per li-  
beri arbitrii vires acquiri non possint,  
sed gratuitum sint donum divinæ boni-  
tatis, cum libernm arbitrium absque

Dei

cap. 5.

cap. 7.

Sæcul. XVI Dei auxilio nonnisi vires ad peccan-  
A C 1565. dum habeat. De cetero ea, quæ in du-  
bus postremis capitibus profert, nonnisi  
cap. 8. ad morum regulam pertinent.

## §. LII.

*Bajus tractatus de Sacramentis in genere.*

**B**ajus in tractatu de Sacramentis in genere contra Calvinum probat, quod Sacra-  
menta, quæ in Ecclesia con-  
feruntur, non sint vacua, & inania  
symbola, aut alium non habentia ef-  
fectum, nisi quod existant pignora divi-  
narum promissionum, quæ nobis in sa-  
cris literis annuntiantur: ubi tamen  
admittit, quod omne Sacramentum a  
Christo Domino institutum sit cuius-  
dam spiritualis gratiæ signum, interim  
addit, per Ecclesiæ fidem nos edoceri,  
quod Sacra-  
menta re ipsa gratiam, quam  
significant, conferant, si eis nullus obex  
per culpam opponatur: insuper afferit,  
quod scriptura peccatorum remissio-  
nem fidei attribuens eam Sacramentis  
non adimat, quando autem Christus  
Dominus dixerat: *qui crediderit, & ba-*  
*ptizatus fuerit, salvus erit,* æque baptis-  
matis receptioni, ac fidei salutem esse  
promissam dicebat, ac pari quoque mo-  
do intelligenda asserebat ea, quæ Chri-  
stus pronuntiavit de remissione pecca-  
torum

*Marc. 16.  
v. 16.*